

fed etiam quæcunque instrumenta publica, obligationes, & alias scripturas, confessiones partium in iudicio factas, iuramenta, & privata instrumenta à partibus in iudicio recognita, juxta text. in leg. 1. 2. 4. & 5. tit. 21. lib. 4. Recop. Quæ omnia executioni mandari possunt, absque solemnitatibus Judiciorum, dilationibus, & libellorum formulis: sed captis statim pignoribus, nullis defensionibus, aut exceptionibus obstantibus, exceptis quibusdam in prædictis legibus enumeratis, & aliis à nobis paulo inferius congeitis: idemque dispositum extat in Ordinat. Portugalliz in lib. 3. Ordinat. tit. 16. 5. Quamvis de *Jure Communi* instrumenta authentica executionem paratam non habent, (c) præterquam in quibusdam casibus cumulatis ab Alexandro, (d) Segura, (e) Roder. Suarez, (f) & Anton. Gomez. (g)

6. Et quæ hodie executionem paratam habeant, & qualiter, & quo ordine in via executionis procedendum sit, & quæ executionem impediunt, tradunt Rodericus Suarez, (b) Castellus, Anton. Gomez, (i) Avilesius, (j) & Avendanius, (k) Covarruvias, (l) Didac. Perez, (m) & Rebuffus, (n) qui nonnulla notata digna circa executionem scripturæ privatæ tradit, quæ multum conferunt ad nostras leges Regias.

Nos vero, pro aliquali cognitione praxis, & usus forensis, qui frequentius versatur in Tribunalibus Sacularibus, circa causas via executiva expediendas aliqua annotabimus.

Et primo, *quænam executionem paratam habeant.*

Secundò, *quomodo procedatur in via executiva.*

Tertiò, *quæ exceptiones impediunt executionem:* & deinde prosequemur *modum, & ordinem procedendi in dicta via executiva.*

Quartò, *de tertio oppositore impediente executionem.*

Quintò, *de cessione bonorum.*

Sextò, *de dilatione quinquennii debitoris præstanda.*

Ultimò, *de processu executivo cessionis bonorum, & dilationis quinquennii vulgari sermone, & Hispano fulminando.*

(c) Ut probat text. in leg. Minor 25. annis, cui fideicommissum, ff. de Minor. & in leg. 2. Cod. de Exec. rei judic. & in leg. 4. §. Si ex conventionem, ff. de Re judic.

(d) In leg. fin. Cod. de Edit. Div. Adr. & in leg. Sit Prætor, §. Si Judex, ff. de Judic. & in leg. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, ff. Solut. Matrim.

(e) In leg. Si ex legati causa, n. 59. ff. de Verb. obligat.

(f) In dict. leg. Post rem judicatam, à casu 4.

(g) In leg. 64. Tauri.

(h) In Repet. dict. leg. Post rem judicatam, ubi singulari

EX CAPITE PRIMO.

SUMMARIÆ.

1 Sententia, quæ in rem judicatam transiit, paratam habet executionem.

2 Deus docuit, quod executionem paratam habeat sententia, quando Adam post suam culpam de Paradiso eiecit.

3 De executione sententia arguendum ad instrumenti executorii executionem, quia acquiritur.

4 Sententia arbitri, arbitratoris, & amicabilem compositoris de Jure Regio executioni mandari possunt: & quæ requirantur, remissive.

5 Sententia arbitratoris de Jure Communi non habet executionem paratam.

6 Instrumenta publica habent executionem paratam de Jure Regio: quamvis eam non habeant de Jure Communi.

7 Instrumentum publicum executionem paratam habere, constat Jure Regio, quod conficitur Notarius numerarius loci, ubi conficitur, vel à Tabellione Regio, ubi certus Tabellionum numerus statutus non est.

8 Executioni non mandandum instrumentum à Notario Apostolico confectum.

9 Executionem paratam habet instrumentum publicum, dum tamen in eo apposta sit clausula guarentigia, secundum opinionem Auctoris, quam contra Cast. Pal. Rub. Gom. & Avend. defendit.

10 Forma clausula guarentigia solita instrumentis per Tabelliones apponi.

11 Leg. 2. tit. 21. lib. 4. Recop. qualiter intelligi valeat.

12 Concordia Didaci Perez inter eos, qui ut instrumentum publicum executioni mandetur, clausulam guarentigiam exigunt, & inter eos, qui absque ea tale instrumentum executioni mandandum, defendunt.

13 Instrumentum publicum, ut executioni mandari valeat, debet esse ipsum originale, nec exemplum sufficit, quantumcumque auctoritate Judicis extractum, nisi de manu Notarii de ipso originali rogati.

14 Instrumentum debet executioni mandari, & si in eo non fuerit appositum verbum Promitto, dum tamen in eo appareat aliquid receptum.

15 Instrumentum executioni mandandum, necum si certum aliquid, & liquidum continet, verum etiam si non liquidum: dum tamen legitime summarie prius liquidetur.

16 Praxis servanda in executione instrumenti incertum, & non liquidam continentis quantitatem.

17 Actor caveat, ne petat à Jure proferri sententiam interlocutoriam, super liquidatione instrumenti continentis aliquam quantitatem non liquidam.

18 Praxis, quæ servatur, circa executionem instrumenti non liquidi, eadem observanda, si in eo continetur aliquid in diem, vel sub conditione debitum, ut prius conditionem extitisse, aut diem venisse, summarie probetur.

19 Legatarius, vel fideicommissarius particularis, vigore testamenti, præcedente jussu Judicis factò hæredi de solvendo legato, petere potest via executiva legatum, vel fideicommissum, secundum veriorum opinionem praxi receptam.

20 Qualiter prædictetur, quod legatarius, aut fideicommissarius particularis petant legatum, aut fideicommissum.

21 Scriptura privata, ab ipso debitore coram Jure recognita, executionem paratam habet.

22 De Jure Communi scriptura privata, quantumcumque à parte cognita, non mandanda executioni; nec etiam de Jure antiquo Regio.

23 Quæ ratio movit legislatorem ad condendam legem, quæ scripturam privatam, & recognitam habeat vim executionis.

24 Recognitio privata scripturæ coram Tabellione, vel Aqueatello de commissione Judicis fieri potest.

25 Scriptura privata habita pro recognita propter rei contumaciam, præcedente personali citatione, vel ad domum, si dolo, vel fraude reus latitet, executioni mandari potest, secundum Rebuff. Covar. & alios, contra quos tenet actor in præf.

26 Quando scriptura privata negatur scripta à reo, vel ejus mandato, quid agendum.

27 Comparatio litterarum semiplenam probationem inducit.

28 Actor, qui per litterarum comparationem semiplenam probavit, sibi in supplementum deferri juramentum, petere debet, nec ob id tunc executionem paratam instrumentum habebit.

29 Scriptura privata de manu tertii scripta, & subscripta de mandato debitoris, non habebit executionem paratam, etsi ab illo tertio recognita sit.

30 Scriptura privata, etiam trino teste notata, à debitore tamen non recognita, executionem non habet.

31 Scriptura privata, & recognita retrotrahitur ad diem datæ, in præjudicium recognoscentis; in præjudicium tamen aliorum creditorum, à die recognitionis vendicat sibi prælationem.

32 Scripturæ publicæ, & privatæ, quæ habent executionem paratam, etiam respectu cessionarii petentis, executionem habent.

33 Cessionarius creditor dicitur.

34 Cessionarius petens instrumenti cessi executionem, id sibi cessum esse, prius liquidare debet.

35 Hæres creditoris, vel qui ab eo jus habeat, executionem instrumenti petere valet: dum tamen hæres, vel alter suam personam legitimet.

36 Instrumenta publicæ, & privatæ recognita, etiam contra hæredem debitoris, exequi possunt, hæredem eum esse, prius liquidato.

37 Executio contra hæredes debitoris faciendâ, pro hæreditariis portionibus.

38 Facta melioratione, aut aliquo prelegato alicui ex hæredibus, faciendâ est contra ipsum executio, pro rata, & affirmatione rerum prelegatarum.

39 Petita executione contra rem specialiter hypothecatam, in ipsius possessorem faciendâ est executio insolidum, licet plures sint hæredes.

40 Executio fieri nequit in hæredem intra tempus consuetudinis inventarii, nec etiam post, secundum Avend. cujus opinio ab Auctore reprobat.

41 Consilium Capola, ne hæredes inventarium perficiant ante tres menses, ut ita solatio creditoribus differatur, anima periculosum est.

42 Text. in Auth. Ut cum de appel. cog. §. Sancimus, quomodo intelligendus, secundum Rodericum Suarez, cujus intellectus reprobat ab Auctore.

43 Text. in leg. fin. §. Donec, Cod. de Jure delib. correctum est, existimat Auctor per text. in Auth. Ut cum de appel. §. Sancimus.

44 Leg. 7. tit. 6. Part. 6. qualiter componatur cum leg. fin. tit. 13. Part. 1. & cum leg. 13. tit. 9. Part. 6.

45 Text. in leg. fin. §. Donec, Cod. de Jure delib. & text. in Auth. Ut cum de appel. §. Sancimus, partim Jure Regio corriguntur, partim confirmantur.

46 Joann. Gutierrez laudatur.

taris de ipso originali rogati.

14 Instrumentum debet executioni mandari, & si in eo non fuerit appositum verbum Promitto, dum tamen in eo appareat aliquid receptum.

15 Instrumentum executioni mandandum, necum si certum aliquid, & liquidum continet, verum etiam si non liquidum: dum tamen legitime summarie prius liquidetur.

16 Praxis servanda in executione instrumenti incertum, & non liquidam continentis quantitatem.

17 Actor caveat, ne petat à Jure proferri sententiam interlocutoriam, super liquidatione instrumenti continentis aliquam quantitatem non liquidam.

18 Praxis, quæ servatur, circa executionem instrumenti non liquidi, eadem observanda, si in eo continetur aliquid in diem, vel sub conditione debitum, ut prius conditionem extitisse, aut diem venisse, summarie probetur.

19 Legatarius, vel fideicommissarius particularis, vigore testamenti, præcedente jussu Judicis factò hæredi de solvendo legato, petere potest via executiva legatum, vel fideicommissum, secundum veriorum opinionem praxi receptam.

20 Qualiter prædictetur, quod legatarius, aut fideicommissarius particularis petant legatum, aut fideicommissum.

21 Scriptura privata, ab ipso debitore coram Jure recognita, executionem paratam habet.

22 De Jure Communi scriptura privata, quantumcumque à parte cognita, non mandanda executioni; nec etiam de Jure antiquo Regio.

23 Quæ ratio movit legislatorem ad condendam legem, quæ scripturam privatam, & recognitam habeat vim executionis.

24 Recognitio privata scripturæ coram Tabellione, vel Aqueatello de commissione Judicis fieri potest.

25 Scriptura privata habita pro recognita propter rei contumaciam, præcedente personali citatione, vel ad domum, si dolo, vel fraude reus latitet, executioni mandari potest, secundum Rebuff. Covar. & alios, contra quos tenet actor in præf.

26 Quando scriptura privata negatur scripta à reo, vel ejus mandato, quid agendum.

27 Comparatio litterarum semiplenam probationem inducit.

28 Actor, qui per litterarum comparationem semiplenam probavit, sibi in supplementum deferri juramentum, petere debet, nec ob id tunc executionem paratam instrumentum habebit.

29 Scriptura privata de manu tertii scrip-

ta, & subscripta de mandato debitoris, non habebit executionem paratam, etsi ab illo tertio recognita sit.

30 Scriptura privata, etiam trino teste notata, à debitore tamen non recognita, executionem non habet.

31 Scriptura privata, & recognita retrotrahitur ad diem datæ, in præjudicium recognoscentis; in præjudicium tamen aliorum creditorum, à die recognitionis vendicat sibi prælationem.

32 Scripturæ publicæ, & privatæ, quæ habent executionem paratam, etiam respectu cessionarii petentis, executionem habent.

33 Cessionarius creditor dicitur.

34 Cessionarius petens instrumenti cessi executionem, id sibi cessum esse, prius liquidare debet.

35 Hæres creditoris, vel qui ab eo jus habeat, executionem instrumenti petere valet: dum tamen hæres, vel alter suam personam legitimet.

36 Instrumenta publicæ, & privatæ recognita, etiam contra hæredem debitoris, exequi possunt, hæredem eum esse, prius liquidato.

37 Executio contra hæredes debitoris faciendâ, pro hæreditariis portionibus.

38 Facta melioratione, aut aliquo prelegato alicui ex hæredibus, faciendâ est contra ipsum executio, pro rata, & affirmatione rerum prelegatarum.

39 Petita executione contra rem specialiter hypothecatam, in ipsius possessorem faciendâ est executio insolidum, licet plures sint hæredes.

40 Executio fieri nequit in hæredem intra tempus consuetudinis inventarii, nec etiam post, secundum Avend. cujus opinio ab Auctore reprobat.

41 Consilium Capola, ne hæredes inventarium perficiant ante tres menses, ut ita solatio creditoribus differatur, anima periculosum est.

42 Text. in Auth. Ut cum de appel. cog. §. Sancimus, quomodo intelligendus, secundum Rodericum Suarez, cujus intellectus reprobat ab Auctore.

43 Text. in leg. fin. §. Donec, Cod. de Jure delib. correctum est, existimat Auctor per text. in Auth. Ut cum de appel. §. Sancimus.

44 Leg. 7. tit. 6. Part. 6. qualiter componatur cum leg. fin. tit. 13. Part. 1. & cum leg. 13. tit. 9. Part. 6.

45 Text. in leg. fin. §. Donec, Cod. de Jure delib. & text. in Auth. Ut cum de appel. §. Sancimus, partim Jure Regio corriguntur, partim confirmantur.

46 Joann. Gutierrez laudatur.

47 Executio non petenda contra eum, cuius affinis, vel consanguineus decisis, intra novem dies luctus.

48 Praxis observanda in petenda executione contra heredem post tempus conficiendi inventarii.

49 Instrumenta publica executioni mandari possunt, etiam contra singularem possessorem rei specialiter hypothecata, si actum sit specialiter tempore hypothecae, rem non alienandam esse: secus si id actum non est.

50 Ratio assignatur, quare executio fieri non possit contra specialem rei hypothecatae possessorem, cuius alienatio pacto prohibita non fuit tempore contractus.

51 Instrumenta publica, aut privata recognita, etiam in contractibus speciei executioni mandari possunt.

52 Juramentum decisivum à parte parti delatum executionem paratam habet.

53 Confessio partis facta in iudicio, executionem paratam habet.

54 Confessio, etiam facta per contumaciam, habet paratam executionem; Auctor contrarium resolvit.

55 Transactio inter partes facta coram iudice, habet executionem paratam.

56 Transactio, etiam coram Tabellione facta, de jure Regio habet executionem paratam.

CAPUT PRIMUM.

DE HIS, QUÆ EXECUTIONEM PARATAM HABENT.

I. PRIMò igitur dicendum est, sententiam in auctoritatem rei iudicatæ transactam executionem paratam habere, (a) de qua videndus est Marant. (b) Roder. Suarez: (c) & Rebuff. de hac executione sententia: futius agit per totum Tract. de *Sententiis Executoriis*: in cuius præfatione inquit, 2. quod Deus Optimus Maximus docuit nos hanc executionem sententiarum, qui post culpam illam Adam de Paradiso eiecit, & sic senten-

tiam executioni incontinenti misit: (d) 3. & de hac executione sententia licitum est arguere, ad executionem instrumenti executorii, quia æquiparantur. (e)

4. Quinimò sententia arbitri, arbitratoris, & amicabilis compositoris de jure nostro Regio executioni mandari potest per text. in leg. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil. quam eleganter explicat Avendanius, (f) qui congerit requisita necessaria, ad hoc ut compromissum, seu sententia arbitri exequi possit, & Aviles. (g) Et Roderic. Suarez, (h) inquit, 5. quod licet de jure Communi sententia arbitratoris non mereatur executionem; tamen de jure Regio jam expeditum est, quod exequi possit, citans ad hoc text. in leg. fin. tit. 4. part. 3. qui tamen ejus conclusionem non probat, quia loquitur in arbitro, ut optimè advertit Gregor. Lupus; (i) sed jam hodie clarè decum est per prædictam leg. 4. quam Rodericus non vidit.

6. Secundò, quòd instrumenta publica hodie de jure Regio habent executionem paratam, per text. in leg. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. quamvis de jure Communi executionem non mereantur, (j) nisi in quibusdam casibus enumeratis ab Alexandro, (k) Roderic. Suarez, (l) & à Rebuffo. (m) 7. Intelligit tamen, quod non quodlibet instrumentum publicum de jure Regio habet executionem paratam; sed tantum illud, quòd confectum fuerit à Tabellione numerario Civitatis, vel loci illius, in quo contractus celebratus fuerit, qui vulgo dicitur *Escribano del Numero*: nisi in tali loco certus numerus Tabellionum deputatus non fuerit; quia tunc coram publico Tabellione Regio instrumenta confici poterunt, & executionem paratam habebunt; 8. alioquin instrumenta confecta à Notario Apostolico exequi non poterunt, ut probatur in leg. 1. juncta leg. 19. tit. 25. lib. 4. Recopil.

9. Rursum intellige, quod non quodlibet instrumentum publicum confectum à Tabellione numerario, ubi certus numerus deputatus fuerit, vel à Tabellione Regio, ubi certus

nu-

(a) Juxta text. in leg. *Post rem iudicatam*, ff. de *Re judic.* & in leg. 1. tit. 21. lib. 4. Recopil.

(b) De Ordin. Judic. in 3. part. 6. partis, act. 3. n. 2.

(c) In dict. leg. *Post rem iudicatam*, à notab. 1. late explicans hanc executionem sententiarum.

(d) Cap. *Adam*, de *Pœnit.* dist. 1. & Genes. cap. 3. & Covarr. nonnulla de ista executione tract. in *Pract. Quæst.* cap. 16.

(e) Secundum Bartol. in leg. *Cum unus*, in fin. ff. de *Bon. anti. jud. possid.* & Bald. leg. fin. col. 2. eod. ur. & Roman. in cons. 76. n. 4.

(f) In Tract. & Declar. ad leg. 4. & 5. tit. *De las excepciones*, lib. 3. Ordin. à n. 35.

(g) In cap. *Prator*, cap. 10. gloss. verb. *Execucion*, n. 9. & prædictæ leg. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil. meminit Gregor. Lup. in leg. 23. tit. 4. part. 3. in gloss. verb. *De aquel lugar*, &c.

(h) In dict. leg. *Post rem iudicatam* in cas. 8.

(i) In proprio loco in gloss. fin.

(j) Ut in leg. *Minor* 25. annis, cui *fideicommissum*, ff. de *Minor.*

(k) In leg. fin. Cod. de *Edict. Dvo. Adv.* & in leg. *At Prator*, §. *Si iudex*, ff. de *Re judic.*

(l) In dict. leg. *Post rem iudicatam*, à cas. 4. Ant. Gomez in leg. 64. Taur.

(m) In Tract. de *Litter. oblig.* art. 6. gloss. 3. à n. 8.

numerus defuerit vel in locis, in quibus Tabellio Regius conficere instrumenta potest, etiam stante numero Tabellionum, ut in leg. 1. tit. 25. lib. 4. Recop. executionem mereatur, sed tantum illud, in quo à Tabellione numerario, vel Regio apposta fuerit clausula guarentigia, quæ apud scribentes Italicos diversis nominibus nuncupatur. (n) 10. Quæ tamen clausula guarentigia apud Hispanos ex *Stylo* Notariorum in instrumentis apponitur in hæc verba: *Damos poder à todos, y qualesquier Juces, y Justicias, ante quien la presente carta fuere presentada, para que sobre lo contenido en la dicha carta hagan execucion en nuestas personas, y bienes, así, y tan cumplidamente, como si contra nosotros fuesse dada sententia definitiva por juez competente, y fuesse por nosotros consentida, y passada en autoridad de cosa juzgada, &c.* Quæ clausula, si in instrumentis apposta non fuerit, nec poterunt instrumenta executioni mandari, quod *usu forensi* totius hujus Regni receptum est, firmiter Segura, (o) Roder. Suarez, (p) Covarruvias, (q) Quamvis Castellus, Joann. Lupus, (r) & Anton. Gomez, (s) & Avendanius (t) contendunt, sufficere instrumentum publicum confectum esse à Tabellione numerario, licet in eo apposta non esset prædicta clausula guarentigia, idque *praxi* receptum esse per leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. quæ habetur in leg. 2. tit. 21. lib. 4. Recop. ibi: *Cartas, y contratos publicos, &c.* quibus verbis probari videtur, ad executionem faciendam, sufficere instrumentum publicum confectum absque prædicta clausula.

11. Sed suslinendo præter opinionem Seguræ, Roder. Suarez, & Covarruvias (quæ in *praxi* observatur) ad dict. leg. 2. tit. 21. lib. 4. Recop. in qua Auctores posterioris opinionis fundantur, respondendum erit, quod illa leg. 2. intelligi debet per text. in leg. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. nam dum illa lex mentionem facit de instrumentis exequendis, se refert ad con-

tractus habentes executionem paratam, de quibus dispositum fuerat in dict. leg. 2. ergo prædicta lex 5. intelligit dictam leg. 2. in instrumentis publicis habentibus prædictam clausulam guarentigiam, de quibus dict. leg. 5. loquitur in finalibus verbis, ibi: *De los contratos guarentigios*. 12. Has tamen opiniones conatur componere Didac. Perez, (u) scilicet, quòd cum ex formis traditis à Tabellionibus in contractibus conficiendis, prædicta clausula solita sit apponi, semper apposta censetur, quamvis omilla fuerit: (x) ideoque instrumentum publicum, in quo omilla fuerit prædicta clausula, executioni mandari poterit, quia præsumitur ex fictione legis prædicta clausula apposta: & in hac specie salvari potest posterior sententia Castellii, Joannis Lupi, & Antonii Gomez, atque Avendani.

Rursum intellige de instrumento publico originali, non vero de exemplo, etiam extracto auctoritate Judicis, ita resolvit Bartolus, (y) nisi extractum fuerit manu Notarii de instrumento originali rogati, (z) vel nisi originale ruptum, vel deperditum esset, & de mandato Judicis fuerit extractum per successorem Notarii mortui, adhibitis requisitis in tali casu præscriptis à leg. 10. tit. 19. Partit. 3. & à Monterroso. (a)

13. Tertio dicendum est, quòd instrumentum publicum à Tabellione numerario confectum, ubi numerus Tabellionum fuerit vel à Tabellione publico Regio, ubi numerus defuerit, habens prædictam clausulam guarentigiam, executioni mandari poterat; 14. licet in tali instrumento non fuerit appositum verbum *Promitto*: ut puta, si in tali instrumento apparuerit, debitorem recepisse certam quantitatem pecunie ex dotis causa, vel mutui, absque eo quòd promittat, se redditurum, ut eleganter resolvit Rodericus Suarez. (b)

15. Quarto dicendum est, quòd necum instrumenta publica, de quibus supra executioni mandari possunt pro quantitate certa, &

li-

(n) Ut videre est apud Alex. de Imol. in leg. *At Prator*, §. *Si iudex*, col. 2. ff. de *Re judic.* Ang. Aret. & Jass. in leg. 1. §. *Si quis ita*, ff. de *Verb. oblig.* Rod. Suarez in dict. leg. *Post rem iudicatam*, in Declar. leg. Regni in evidentialibus, n. 1. Rebuff. in Tract. de *Litter. oblig.* in præfatione, num. 13. & Galp. Cabal. 1. part. Milleloq. juris in milleloq. 362.

(o) In Reper. leg. *Si ex legati causa*, ff. de *Verb. oblig.* fol. 101. col. 3. verbi. Tertia differentia.

(p) In dict. leg. *Post rem iudicatam*, in Declar. leg. Regni in evidentialibus, n. 10.

(q) Lib. 2. Variar. cap. 11. n. 3. verbi. *Illud sanè*, & ita in Hispania observari, inquit Rebuff. in dict. Tract. de *Litter. oblig.* in præfatione, n. 18.

(r) In leg. 63. Taur.

(s) In leg. 64. Taur. n. 4.

(t) In leg. 64. Taur. n. 4.

(u) In sua *Pract.* in tract. 7. fol. 220. pag. 2.

(x) In dict. leg. *Post rem iudicatam*, in Declar. leg. Regni, in verbi. Secundo extendit.

(a) In Tract. seu Declar. ad leg. 4. & 5. tit. *De las excepciones*, lib. 3. Ordin. à n. 1.

(b) In leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. 1. verbi. *Probari* tamen.

(c) Argum. text. in leg. fin. Cod. de *Fidejuss.* & notat Segur. in leg. 3. §. fin. verbi. *Sextodecimo*, ff. de *Liber. & poss.* Mench. lib. 1. de *Sucess. testat.* §. 6. n. 53. verbi. *Denique*.

(d) In leg. *Probatorias*, Cod. de *Divers. offic.* lib. 12.

(e) Alex. Auth. *Si quis in aliquo*, n. 3. Cod. de *Edend.*

(f) Secundum Avil. in cap. *Pratorum*, cap. 10. verbi. *Execucion*, n. 58.

(g) In sua *Pract.* in tract. 7. fol. 220. pag. 2.

(h) In dict. leg. *Post rem iudicatam*, in Declar. leg. Regni, in verbi. Secundo extendit.

liquida, verum etiam pro quantitate incerta, & non liquida, ut pro interesse damnoorum, vel expensarum, dummodo summarie citato prius reo, illa quantitas incerta liquidetur, & probationibus ab utraque parte productis super hac liquidatione, executio fiat, deturque mandatum à Judice de capiendis pignoris, vel in eorum defectum, de detradendo reum in carcerem: itaque ante prædictam summariam quantitatibus definitionem, illud præceptum Judicis dari non debet. 16. *Qua in re praxis observanda erit, quod habens instrumentum publicum incertum, & non liquidum, producat illud coram Judice, petens ejus executionem, asserensque, quod in primis, & ante omnia Judex, citato reo, recipiat summariam informationem, super certitudine, & liquidatione illius contractus, quam incontinenti probare paratus est: & quo præcipiat reo, respondere cum juramento probationibus ab eodem actore positum, super liquidatione, & certitudine quantitatis contractus: & liquida quantitate, pro ea Judex mandat executioni prædictum instrumentum, quod tunc exequi poterit.* 17. Caveat tamen actor, ne super tali liquidatione petat à Judice, quod sententiam interlocutoriam pronuntiet.

Supradictam praxim, & resolutionem colliges ex Roder. Suarez, (c) & Aviles, (d) & Covarruvia. (e) 18. *Que resolutio, & praxis etiam observanda erit, circa exequendum instrumentum conditionale, vel in diem, cujus conditionem purificatam esse, vel diem venisse, summarie prius, citato reo, actor probare debet.* (f) Et juxta supradictam resolutionem intelligi debent, quæ resolvit Gaspar Cavallinus. (g) *Quam praxim, & resolutionem limitat in uno calu Roderic. Suarez. (b)*

(c) In dict. leg. *Post rem judicatum*, in Declar. leg. Regni, lim. 4.

(d) In dict. cap. 10. gloss. *Executio*, n. 53.

(e) Lib. 2. Variar. cap. 11. n. 1. ver. In summ. post Barr. Bald. & alios contra Paul. Caltr. & ex Ant. Galef. in Tract. Ad formulam obligationis Camerariæ, in Quest. de Liquidatione, à n. 2.

(f) Secundum Roder. ubi supr. limit. 5. & Covarr. in dict. cap. 11. n. 2. & Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 10. gloss. *Executio*, n. 57.

(g) In 2. part. Milleloq. juris, in milleloq. 625.

(b) Ubi supr. in dict. §. limit. n. 9. & sententiam ejus tenet Guid. Pap. in Tract. de Usur. in princ. n. 10. vol. 4. Diverforum Doct. & opinionem Paul. Caltr. in alto calu procedere arbitratur Covarr. in dict. cap. 11. n. 1. ver. *Quarto*.

(1) In Auth. de *Hered. & Falcid. §. Unda*, Coll. 1. juncta gloss. verb. *Dretero*, receptum ab Alex. & Jaff. in leg. fin. Cod. de *Edict. d. Adr. tollend.* Alex. in leg. *Ait prætor*, §. 1. ff. de *Re jud.*

(j) Conf. 91. vol. 1. col. 4. Soc. conf. 183. vol. 3.

19. *Quinto, quod legatarius, vel fideicommissarius particularis, vigore testamenti, perere poterit ab hærede via executiva legatum, vel fideicommissum, præcedenti tamen jussu, vel præcepto Judicis facti hæredi, de solvendo legatum, vel fideicommissum, secundum Angelum, (i) Paul. Castrensis, (j) Segura, (k) Peralta: (l) quamvis oppositam sententiam, imò legatum via executiva, etiam præcedenti jussu Judicis, non posse peti, sicut Albericus. (m) Vincent. de Herulanis, (n) & Anton. Gomez. (o) Quibus non suffragantur jura pro se adducta, nempe text. in leg. *Minor viginti quinque annis cui fideicommissum*, ff. de *Minor*: & text. in leg. *Ait prætor*, §. 1. & text. in leg. 1. Cod. *Comm. deleg.* ubi dicitur, quod legatum, vel fideicommissum fuit petitum via ordinaria: nam respondeo, quod licet illud verum sit; jura tamen illa non negant, viam executivam etiam competere legatario, vel fideicommissario. 20. *Prior tamen sententia in praxi recepta est, & ita practicatur, quod legatarius, vel fideicommissarius producat testamentum coram Judice, petens ab eo, quod hæredem compellat respondere, & de plano confiteri, quod testamentum illud est sui defuncti, cujus est hæres: qui si confessus fuerit, tunc legatarius petit, ut fiat hæredi jussu, vel præceptum de solvendo legatum: & virtute illius præcepti, & confessionis in judicio factæ executio fit.* (p)*

21. *Sexto, quod scriptura privata, ab ipsa debitor recognita coram Judice, habet executionem paratam de jure hujus Regni, per text. in leg. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. (q) 22. Et nisi ita decisum esset per prædictas leges Regias, scriptura privata in judicio à parte recognita de jure Communi exequi non posset, nec etiam*

(k) In dict. leg. *Si ex legati causa*, ff. de *Verb. oblig.* Roderic. Suarez in dict. leg. *Post rem judicatum*, not. 6. vel cal. 6.

(l) In leg. 1. n. 35. ff. de *Legat. 3.*

(m) In leg. *Quoties*, Cod. de *Hered. infl.* Alex. sibi contrarius in leg. *Si cum dotem*, §. *Ex autem tempore*, ff. *Solut. matrim.*

(n) In dict. leg. *Ait prætor*, §. 1. Dec. in leg. fin. num. 6. Cod. de *Edict. d. Adr. toll.*

(o) In leg. 45. Taur. n. 137.

(p) Secundum Bald. in Auth. *Hoc amplius*, Cod. de *Fideicom.* quem sequitur Roder. Suar. ubi supr. in dict. calu 8. n. 6. & Avil. ubi supr. n. 8.

(q) Idemque apud Lufftan. d. *Impositum est* in lib. 3. *Ordin.* tit. 16. §. fin. & etiam apud Gallos, ut refert Rebuff. in Tract. de *Chirograph.* & *Schedul.* recognitione in summ. à n. 44. & notat Covar. lib. 2. Variar. cap. 11. num. 4. Avend. in cap. *Prætorum*, 2. part. cap. 31. n. 1. ver. *Aliquando tamen*, & Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 10. in gloss. verb. *Executio*, n. 33.

eandem vim haberet ex aliis legibus hujus Regni disponentibus, instrumenta publica executionem mereri: nam licet scriptura privata in judicio à parte recognita habeat vim publici instrumenti; (r) non tamen ex eo scriptura privata habebit executionem paratam, quia non omnia instrumenta publica possunt executioni mandari; sed illa tantum, de quibus supra in isto cap. diximus in 1. & 2. versic. 23. Potuit tamen prædicta ratio movere legislatorem ad condendam dict. leg. Regiam, qua vim executivam scripturæ privatæ à parte in judicio recognitæ tribuit: quamvis solidior ratio illius leg. Regiæ est, quod ideo hoc ibi dispositum est, quia in judicio confessus pro judicato habetur: (s) sed judicatum habet executionem paratam: (t) ergo nil mirum, si scriptura privata in judicio à parte recognita executionem mereatur: 24. cujus recognitioni nedum coram Judice, verum etiam coram Tabellione, vel Alguacello de commissione Judicis fieri potest, ut probatur in leg. 6. tit. 21. lib. 4. Recop.

25. *Quinimo, scriptura privata habetur pro recognita ob contumaciam rei nolentis respondere, vel recusantis comparere: (u) quod verum esse intelligitur, dummodo ad recognitionem faciendam personalis citatio præcederet, nisi dolo, vel fraude reus effugeret citationem, & latitaret: nam tunc citatio ad domum sufficeret. Ego vero, oppositam sententiam veriorè esse, existimo, imò scripturam privatam pro recognita habitam ob contumaciam rei, non posse executioni mandari: ad quod tenendum moveor ex dispositione dict. leg. Regiæ 5. tit. 21. lib. 4. Recop. tribuentis vim executivam scripturis privatis à parte recognitis, quæ lex, cum sit exorbitans, & contra dispositionem juris communis, extendi non debet, nec verba ejus impropriari: sed illa lex loquitur de vera, & propria recognitione scripturæ privatæ facta in judicio à parte, ut constat ex illis verbis, ibi: *Reconoci-**

dos por las partes ante el Juez, que manda executar: & las confesiones claras fechas ante Juez competente, &c. quibus verbis dilucide apparet, necessariam esse veram recognitionem, claram, & apertam confessionem coram ipso Judice factam, nec fictam per rei contumaciam sufficere, ut prædicti Doct. arbitrantur. Et pro hac mea opinione, quæ verior, & æquior videtur, facit quod notat Rebuffus; (x) quamvis ipse, (y) oppositum teneat, quem sequuntur Covarruvias, Avendanius, & Didac. Perez, ubi supra: urget etiam pro hac nostra opinione, quod prædictæ leges Regiæ, & aliarum Provinciarum tribuentes vim executivam instrumentis publicis, & privatis à parte recognitis corrigunt jus commune, ac ideo sunt strictè interpretandæ, ut tradunt Didac. Perez, (z) & Menochius, (a) & juxta hanc meam opinionem contra prædictos Doctores, Judices Superiores solent executionem, ex tali confessione facta factam à Judicibus Inferioribus, annullare, & irritare.

26. *At verò, si debitor in judicio compareret, & negaret, scripturam privatam à se, vel ex mandato suo scriptam, vel subscriptam esse, & actor testibus careret, quibus veritatem probare posset: tunc actor à Judice petere debet, quod debitorem compellat, ad similem scripturam manu propria scribendam, ut ex ea comparatio litterarum fieri possit: (b) & postquam debitor eam scripserit, Judex eligere debet scribentes peritos in arte, & sub jurejurando eos astringere, ad deponendum super comparatione, ut notat Baldus. (c) 27. Adverte tamen, quod prædicta comparatio non inducit plenam probationem; sed semiplenam tantum: (d) 28. ac ideo actor tunc petere debet, quod juramentum sibi deferatur in supplementum probationis, (e) non tamen habebit tunc executionem paratam, ut ex infra dicendis constat. 29. Carerem, si scriptura privata sit scripta, & subscripta manu cujusdam tertii de mandato debitoris, non sufficit, si ille ter-*

(r) Ut in leg. *Publia*, §. fin. ff. *Depos.* & in leg. *Cum de debito*, ff. de *Probat.* & in leg. 119. tit. 18. Part. 3. Bald. in Auth. *Contra qui propriam*, Cod. de *Non numer. pecun.* Rebuff. ubi supr. à n. 25. ubi plures conclusiones scripturæ privatæ ponit.

(s) Ut in leg. *unica*, Cod. de *Confes.*

(t) Leg. *Ad Pio*, §. 1. & seq. ff. de *Re jud.*

(u) Juxta speciem text. in cap. fin. de *Confes.* lib. 6. exequi potest, & cum Rebuff. & aliis resolvunt Covar. lib. 2. Variar. cap. 11. num. 4. in fin. Avend. in cap. *Prætorum*, 2. part. cap. 30. n. 4. & Did. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. *Ordin.* col. 1090.

(x) Ubi supr. n. 68.

(y) *Ibid.* n. 98.

(z) Leg. 4. tit. 8. lib. 3. *Ordin.* gloss. 1. col. 1079.

(a) Lib. 2. de *Arbitr.* cent. 1. cal. 17. n. 2.

(b) Juxta text. in Auth. de *Instrum. caus. & fid. §. Si quis igitur*, per quem ita tenet Bald. in leg. *Comparationes*, n. 10. Cod. de *Fid. instrum.* & *Hypoll.* in Rubr. Cod. de *Probat.* & Greg. Lup. in leg. 119. tit. 18. Part. 3.

(c) In dict. leg. *Comparationes*, n. 17.

(d) Ut probatur in dict. Auth. de *Instrum. caus. §. Sed si quis*, & in dict. leg. 119. & docet Barr. in leg. *Admonendi*, n. 26. & Rip. n. 113. ff. de *Jurejur.* *Hypoll.* in Rubr. Cod. de *Probat.* n. 297. Rolan. à Vall. in conf. 26. n. 12. & Covar. in Pract. *Quest.* cap. 26. n. 6.

(e) Juxta text. in leg. *In bona fidei*, & ibi Bald. n. 11. Cod. de *Reb. cred.* & Rolan. à Vall. ubi supr.

tertius eam recognoscat, dicendo, *se illam scripsisse, & subscripsisse de mandato debitoris*, si debitor eam neget: nam tunc executioni mandari non poterit, secundum Imolam, (f) quæ opinio probatur de *Jure Regio* in leg. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. ibi: *Reconocidos por las partes, &c.* 30. Quibus verbis ostenditur, approbationem, & recognitionem ipsius debitoris principalis necessariam esse, imò, & scriptura privata trino teste notata, negata tamen à debitore, executioni mandari non poterit: nam licet habeat vim publici instrumenti, (g) non tamen habet executionem paratam, nisi ab ipso debitore recognoscatur, juxta formam text. in dict. leg. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. ideoque tunc agendum erit *via ordinaria*: & ad probationem intentionis producenda erit talis scriptura, quæ fidem facit, ut probatur in leg. 114. tit. 18. Part. 3. & in leg. 118. eodem tit. & Part. (h)

31. Adverte tamen, quod scriptura privata à debitore recognita tetrahitur ad diem, qua fuit celebrata, in præjudicium ipsius recognoscentis: in præjudicium tamen aliorum creditorum habentium scripturas publicas hujusmodi, scriptura privata non vindicat sibi prælationem, & alia privilegia prioritatis ab illa die, qua in judicio fuit recognita. Unde creditores habentes scripturas publicas, sunt præferendi, & prius debet eis solvi, quamvis scriptura privata fuerit prior tempore. (i) Quod tamen intellige, nisi scriptura privata esset trino teste notata, & propria manu eorum subscripta, cum hypotheca alicujus rei: nam tunc prælationem habet, & præferri debet habenti instrumenta publica, leg. 31. tit. 13. Part. 5. Quod tamen eleganter explicat Negufancius, (j) & post eum elegantius Covarruvias, (k)

32. Septimo, quod instrumenta publica,

& privata, de quibus supra diximus, executioni mandari poterunt, nedum ad petitionem creditoris nominati in instrumentis prædictis, verum etiam ad petitionem cessionarii: 33. nam cessionarius dicitur creditor, (l) 34. quod verum est, dummodo prius summariè liquidetur, ejus creditoris cessum, & translatum fuisse in cessionarium: ita cum Joan. Andrea, & aliis resolvit Roder. Suarez, (m)

Quo etiam fit, emptorem hæreditariis posse petere, quod instrumenta, quibus venditor poterat executionem petere, executioni mandentur, cum in eum transfusa sint actiones utiles. (n) Fit etiam, quod licet mulier acceptans lucra quaesita à marito, constante matrimonio, juxta dispositionem leg. 1. & 2. tit. 9. lib. 5. Recop. (o) non possit petere executionem, ex instrumentis nomine mariti, & in ejus favorem confectis, sibi que adjudicatis ab hæredibus mariti, pro dimidia parte lucrorum, quia in prædictis instrumentis mulier non continetur, nec nominatur, & ita in specie resolvit Didacus Perez: (p) tamen, si ab hæredibus mariti actiones mulieri fuerint cessæ, quo ad illa instrumenta, quæ pro suis lucris fuerunt sibi tradita, bene poterit executionem petere, cum sit cessionaria hæredum mariti: debet tamen tunc mulier probare, cedentes fuisse hæredes mariti defuncti, & jus ab eis fuisse sibi cessum, & translatum, juxta ea, quæ resolvimus in num. præcedenti, & sequenti. 35. Pari modo prædicta instrumenta executioni mandari poterunt, ad petitionem hæredis, creditoris, vel alterius successoris habentis causam legitimam ab ipso creditore nominato in tali instrumento, dum tamen executionem petens probet, se hæredem esse creditoris, & personam suam legitime, secundum Roderic. Suarez, (q)

36. Octavo, quod supradicta instrumenta pu-

(f) In conf. 91. Hyppol. in Rubr. Cod. de Prob. n. 288.

(g) Juxta text. in leg. *Scripturas*, Cod. *Qui potio*, in pig. & in leg. 31. tit. 13. Part. 5.

(h) Et Matth. de Afflic. in dec. 181. ita concludit de cetero fuisse, & in specie ita resolvit Avend. in cap. *Pretorium*, 2. part. cap. 30. n. 4. & 5. ubi alia requisita congruunt ad hoc, ut scriptura privata exequi possit: cumulat etiam Avil. in cap. *Pretor*, cap. 10. verb. *Executio*, à n. 27. ac ideo non transcribo, sed ad ibi dicta occurrendum erit, quando casus se obtulerit.

(i) Secundum Molin. in Consect. Parif. §. 5. n. 16. Covarr. lib. 2. Variar. cap. 11. n. 4. in fin. & Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1090. in fin. quæ omnia adde Ordinat. Luff. lib. 3. tit. 16. §. fin.

(j) In tract. de Pign. in mem. 2. §. part. à n. 47.

(k) In Pract. Quæst. cap. 22. à n. 5. ubi plura huic articulo adaptanda opportune adducit.

(l) Ut in leg. *Ab Anafajo*, Cod. *Mand.* quem ad hoc

notat Bald. ibi, notab. 3.

(m) In dict. leg. *Post rem judicatam* in Declar. leg. Regiz, lim. 7. & Boer. plures referens in dec. 10. Hyppol. in sing. 2. 6. & Rebut. in Tract. de Litter. oblig. art. 3. gloss. 2. n. 17. & Gaspar Cabal. in 2. part. Milleloq. juris, in milleloq. 632.

(n) Ut in leg. *Venditor*, Cod. de *Hæred. vend.* docet Bart. leg. 1. n. 22. ff. de *Act. & oblig.*

(o) Et quæ tradunt Palac. Rub. in Reper. Rubr. §. 60. in fin. de *Donat. int. vir. & uxor.* & Rod. Suar. in leg. 1. tit. de *Expensis*, cap. 13. n. 11.

(p) In leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1085. verb. *Defucit*, citans Rupellanum, Masferium, & Rebuff. idem tenentes.

(q) In dict. leg. *Post rem judicatam*, in Declar. leg. *Regni*, exten. 1. n. 10. & 11. & Gasp. Cabal. plures alios Doct. referentem in 2. part. Milleloq. in milleloq. 627.

publica, & privata nedum executioni mandari possunt contra debitorem in eisdem contentum, & nominatum, verum etiam contra ejus hæredem: nam ad id quod defunctus compelli poterat, ejus hæres etiam cogi potest. (r) Debet tamen prius reus citari, & liquidari, quod hæres sit debitoris, secundum Baldum. (s) 37. Quæ executio pro hæreditariis portionibus fieri debet, si plures fuerint hæredes. (t) Quod verum est, & procedit, etiam si debitor instrumento contractus apponat clausulam, & conditionem, nempe, quod *creditor possit quantitatem debitam, & promissam in solidum, & integraliter ab uno ex suis hæredibus exigere tantum*, prout quotidie Tabelliones solent apponere, maxime in contractibus annui census, adhuc enim à reliquis hæredibus pro portionibus hæreditariis creditor tenebatur exigere, & ita vidi, Judices peritia pollescentes in *praxi* observare, quæ praxis probatur expressè in leg. *Eum qui*, §. *Te*, & *Titium*, ff. de *Verb. oblig.* (u)

Et quibus constat, inutilem, & supervacaneam esse prædictam clausulam, & conditionem solitam à Tabellionibus apponi, idque: ex ratione assignata in dict. §. *Te*, & *Titium*, intelligi debet, nisi aliquod prælegatum, vel melioratio fuerit facta: 38. nam tunc, prorata, & æstimatione rerum prælegatarum, de *Jure Regio* executio contra hæredes fieri debet, juxta text. in leg. 21. Tauri, quæ habetur in leg. 5. tit. 6. lib. 5. Recopil. quam explicat Roderic. Suarez, (x) 39. Caterum si executio petatur in ipsa re specialiter hypothecata, tunc fieri poterit contra ejus possessorem *in solidum*, licet plures sint hæredes: quia tunc hypothecaria intentatur. (y) 40. Debes tamen intelligere, executionem contra hæredem peti non posse, intra tempus conficiendi inventarium, id est, intra tres menses: nam tunc executio

in hæredem fieri non potest, juxta text. in leg. fin. §. *Donec*, & §. *Etsi presatum*, Cod. de *Jure deliber.* & in leg. 7. tit. 26. Part. 6. (z) transacto tamen tempore conficiendi inventarium, executio contra hæredem modo supra dicto fieri poterit, usque ad vires hæreditarias, & non ultra, secundum DD. (a) tamen si Avendanius (b) contendat, executionem nullo tempore fieri posse adversus hæredem aduentem hæreditatem cum beneficio inventarii legitime confecti; sed tantum *via ordinaria* contra eum esse procedendum. Cui non suffragatur text. in dict. leg. fin. §. *Donec*, nam verbum *Donec* in illo text. appositum satis indicat, quod, durante tempore confectiois inventarii, executio contra hæredem peti non potest: ergo elapso prædicto tempore, planè text. ille probat, executionem peti posse. Rursus *via executiva in favorem Reipublicæ*, & *actoris* inducta est, (c) ac proinde restringenda non erit, ut perperam opinatur Avendanius, ubi supra. 41. Ex quibus Capola (d) consulebat hæredibus, ne ante finitum totum tempus trium mensium perfererent inventarium; nam ita solutio creditoribus, vel legatariis faciendâ differretur. Quam tamen cautelam animæ perniciosam esse, testatur Rebuffus. (e)

Sed omnibus supradictis obstat text. in Auth. *Ut cum de appellat. cognosc.* §. *Sancimus*, Collat. 8. cui convenit leg. fin. tit. 13. Part. 1. & leg. 13. tit. 9. Part. 7. quibus iuris probatur, quod post novem dies à tempore mortis defuncti, hæres ejus conveniri possunt, super debitis ipsius defuncti, & aliis actionibus: ergo executio contra hæredes fieri poterit, post novem dies à morte defuncti, nec expectandus erit transcurfus temporis concessi, ad conficiendum inventarium, & ita sibi contrarius tenet Roderic. Suarez, (f) & Petrus Duëñas, (g) Quare Didac. Perez (h) inquit, de *Jure hu-*

(r) Leg. *Postulante*, ff. *Ad Trebel. leg. Ex contracta*, ff. de *Re judic.*

(s) In leg. *Per directas*, quæst. 10. Cod. *Mand.* Roder. Suar. in dict. leg. *Post rem judicatam*, in Declar. leg. *Regni*, exten. 1. & 2. Dec. in cap. *Quis*, Cod. de *Judic.* n. 7. Jass. in leg. *Cum debitoris*, n. 1. in fin. Cod. de *Judic.* Greg. Lup. in leg. 12. tit. 2. Part. 3. verb. *Non valdus*. Ant. Gomm. in leg. 64. Taur. n. 5. Duen. in reg. 276. Gasp. Cabal. in dict. milleloq. 627.

(t) Juxta text. in leg. 1. & 2. Cod. de *Hæred. actio.* & in leg. 1. Cod. *Si cert. pet.*

(u) Et ibi Jass. n. 2. rationem assignat, & eleganter explicat, fundamentum in contrarium adductis satisfaciens.

(x) In leg. *Quantum in prioribus*, ampliat. 7. n. 8. Cod. de *Inoffic. testam.*

(y) Juxta text. in leg. *Pro hæreditariis*, Cod. de *Hæred. actio.* tenet Suarez in dict. leg. *Post rem*, in Declar. leg. Reg. limit. 1. n. 14.

(z) Et notant Paul. Corn. & scribentes in dict. leg.

fin. §. *Donec*, & Roder. Suarez in dict. leg. *Post rem judicatam*, in Declar. leg. Regni, exten. 1. n. 5. ubi hoc tripliciter limitat, & Duen. in reg. 277. lim. 1. Roland. à Valle in Tract. de *Confict. invent.* Quarta utilitas, fol. 84.

(a) Ubi supra, & Duëñas in dict. reg. 277. limit. 2.

(b) In Tract. seu Declar. ad leg. 4. & 5. tit. de *Las excepciones*, lib. 3. Ordin. n. 25.

(c) Ut in summa hujus Tractatus diximus, & firmat Roder. Suarez in dict. leg. *Post rem judic.* in Declar. leg. Regni, limit. 4. n. 7.

(d) In cautel. 224.

(e) In 3. Tom. ad leg. Gallicas, in Tract. de Appellat. art. 16. gloss. 1. n. 26.

(f) In dict. leg. *Post rem judicatam*, in Declar. leg. Regni, limit. 9.

(g) In dict. leg. Reg. 277. limit. 4.

(h) In leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. 1. verb. *Quæro* utrum, col. 1077.

hujus Regni executionem contra heredem fieri posse, elapsis novem diebus, immemor legis 7. tit. 6. Part. 6. determinantis, intra tempora conficiendi inventarium heredem conveniri non posse. 42. Quamobrem Roder. Suarez, (f) forsitan sentiens prædictam difficultatem, ut ei occurrit, videtur sentire, quod text. in dict. Auth. *Ut cum de appellat. cognosc.* §. *Sancimus*, procedit, & loquitur in illis personis, quæ habent consanguinitatem, vel affinitatem, ut hæ intra novem dies à morte defuncti non possint conveniri, nec exequi, nedum pro debito descendente ex persona defuncti, verum etiam, nec pro debito descendente ex propria earum persona. Et iste videtur esse sensus Roderici, alioquin excusari non posset à contrarietate eorum, quæ resolverat in leg. *Post rem judic.* (j) quo in loco dixerat, heredem defuncti non esse conveniendos, nec inquietandos *via ordinaria*, seu *executiva* pro debitis defuncti intra tempus inventarii. Quæ tamen interpretatio falsa esse convincitur ex verbis dict. §. *Sancimus*, ibi: *aut heredes, aut parentes, &c.* & ibi: *quod à defuncto descendit, sive alterius cuiuscunque causa, &c.* & ex verbis dict. leg. fin. tit. 13. Part. 1. ibi: *Emplazar à sus herederos, &c.* & ibi: *Sobre las deudas del muerto, &c.* & ex verbis dict. leg. 13. tit. 9. Part. 7. ibi: *Por deudas, que el muerto debiese, &c.* & ibi: *A sus herederos, &c.* ex quibus constat, tam contra heredem consanguineos, & affines defuncti, quam contra heredem extraneos ipsius defuncti executionem fieri posse pro debitis, quæ defunctus debebat, elapsis novem diebus.

43. Undè veriorum, & genuinum sensum esse, existimo, quod text. in dict. leg. fin. §. *Donec*, Cod. de *jure deliber.* correctus sit per text. in dict. Auth. *Ut cum de appellat. cognosc.* §. *Sancimus*. 44. At verò prædictas leges Regias ita componendas esse, opinor, nempe quod text. in dict. leg. 7. tit. 6. Part. 6. intelligatur, & procedat in casu quo loquitur, scilicet, in legatariis, & fideicommissariis, ut hi legata, & fideicommissa à testatore sibi relicta petere non possint, intra tempus conficiendi inventarium, nec pro eis heredem conveniri, & exequi debeant: qui sensus apprehenditur ex verbis ejusdem leg. ibi: *Aquello, à quien oviesse mandado algo en su testamento, &c.* Cæterum leg. fin. tit. 13. Part. 1. & leg. 13. tit. 9. Part. 7. intelligantur, & procedant in creditoribus defuncti, quibus defunctus aliquid debebat, hi enim, intra novem dies à morte defuncti, pro suis debitis conveniri non poterunt

heredes defuncti, nec contra eos executionem petere: elapsis verò novem diebus, bene poterunt pro debitis defuncti ejus heredem conveniri, & adversus eos executionem petere. Qui intellectus colligitur ex verbis dict. leg. fin. ibi: *Mas passados nueve dias, pueden llamar à derecho sobre las deudas del muerto, &c.* & ex verbis dict. leg. 13. ibi: *Por deudas, que el muerto debiese, &c.* 45. ex quibus apparet, quod text. in dict. leg. fin. §. *Donec*, Cod. de *jure deliber.* & text. in dict. Auth. *Ut cum de appellat. cognosc.* §. *Sancimus*, partim corriguntur, & partim confirmantur: corriguntur enim text. in dict. §. *Donec* in eo, quod disponit, creditores testatoris non posse heredem defuncti conveniri, nisi post tempus inventarii: nam hoc correctum est per text. in dict. §. *Sancimus*, & per prædictam leg. Regiam fin. tit. 13. Part. 1. & leg. 13. tit. 9. Part. 7. quibus probatur, creditores posse conveniri heredem defuncti, statim elapsis novem diebus. Confirmatur verò text. in dict. §. *Donec*, per leg. Regiam in eo, quod disponit, legatarios, & fideicommissarios, etiam de *jure Regio* non posse intra tempus inventarii conveniri heredem defuncti, super legatis, & fideicommissis, ut probatur in dict. leg. 7. tit. 6. Part. 6. per quam in hoc corrigitur text. in dict. §. *Sancimus*, qui solummodo confirmat, quantum ad creditores testatoris, qui conveniri possunt heredem defuncti, post lapsum novem dierum, ut in dict. leg. fin. tit. 13. Part. 1. & dict. leg. 13. tit. 9. Part. 7. Quam interpretationem ad prædicta jura assignavi anno MDLXX. dum publice Salamancae discipulis dictarem quendam tractatum de sententia excommunicationis super cap. *Engeltrudam*, 3. quest. 4. in illa quest. *An excommunicatio injusta effectum habeat?* illatione 6. ut videre est apud notulas, & commentarios discipulorum. 46. Postmodum autem editus fuit quidam tractatus ejusdem viri alioquin doctissimi, ac diligentissimi, nempe Joann. Gutierrez, de *Juramento confirmatorio*, (k) quo in loco eandem interpretationem ad prædicta jura scriptam inveni. Sed licet tunc prædictum intellectum assignarem ad text. in dict. leg. fin. §. *Donec*, Cod. de *jur. deliber.* & ad text. in Auth. *Ut cum de appellat. cognosc.* §. *Sancimus*, Collat. 8. tractu temporis maturiori judicio hanc rem considerans, ut legum correctio evitetur, existimo, aliter illa jura accipi posse, si dixerimus, jura illa non sibi contradicere, sed unumquodque in suo casu diverso loqui, nempe quod text. dict. leg. fin. §. *Donec*, procedat

dat quando hæres vult gaudere termino illo concessio ad inventarii confessionem, & uti velit jure illo speciali. At verò text. in dict. §. *Sancimus* procedat de *jure Communi*, & ordinario, quando hæres nec conficit inventarium, nec termino ad id concessio gaudere voluit. Supradicta tamen interpretatio à nobis assignata sustineri potest ad dictas leges Regias, quæ etiam juxta hanc ultimam intelligentiam accipi possunt.

47. Ex prædicto tamen intellectu Roderici Suarez colligitur, executionem peti non posse contra eum, cujus affinis, vel consanguineus mortuus fuit, intra novem dies à morte defuncti, quod probari videtur in dict. §. *Sancimus*, ibi: *Sive alterius cuiuscunque cause nomine, &c.* & ita expresse tenet idem Roder. Suarez. (l) 48. Et est advertendum, quod quando adversus heredem, transacto tempore confessionis inventarii, vel elapsis novem diebus, executio fuerit petenda, prius citato hærede, & liquidato, quod sit hæres, ne judicium dilaretur, tunc *praxis* sequens servanda erit: nempe, *quod executio à creditore contra heredem petatur, & quod hæres juramento declaret, se heredem defuncti esse, alioquin creditor offerat se probaturum, & liquidatarum incontinenti, rem heredem defuncti esse, & intra decem dies, qui reo ad exceptiones suas objiciendas conceduntur, creditor probabit rem heredem esse.* (m)

49. Nonò, quod supradicta instrumenta publica, & privata executioni mandari poterunt contra tertium singularem successorem, vel possessorem alicujus rei specialiter hypothecata: pro debito constituto in tali instrumento, quando debitor promissit, illam rem specialiter hypothecā traditam se non venditurum, nec alienaturum: nam tunc venditio, vel alienatio illius rei facta, esset nulla: (n) rescissa enim alienatione illius rei ab ipsa lege executio fieri possit adversus singularem tertium possessorem. Ita cum Bartolo, & aliis resolvit Roder. Suarez, (o) quem sequitur Covarruvias: (p) & Parladorius, (q) resolvit, cautius tunc esse, tertium possessorem citandum fore ad *sententiam additionis*, id est, *para trance, y remate*, licet sufficeret, principale debitorum fuisse citatum, ut sententia illa additionis veniret confirmanda per superiorem, (r)

quia tunc creditor dicit, nihil interesse tertii possessoris, citatum fuisse, vel non: nam licet citatus fuisset, ad huc possessio esset ei auferenda; ego semper in *praxi* observavi, & praticari vidi, quod in tali casu tertius ille possessor citetur ad ultimam executionem, idcirco Advocatus creditoris *diligenter advertat*, an in tali instrumento apposta sit clausula illa, *de non alienando rem specialiter hypothecā submissam*.

Adverte tamen hodie per Motum proprium Pii V. Summi Pontificis præscribens formam censibus annuis constitutendis, esse prohibitorum, in instrumento census apponi clausulam auferentem, aut restringentem facultatem alienandi rem censui suppositam, & nullum robor firmitatis habere: ergo in instrumentis censuum post Motum proprium confectis, clausulam *de non alienando rem censui submissam* nullam esse constat, & sic, etiam stante dicta clausula, instrumentum census confectum post Motum proprium non poterit executioni mandari contra tertium singularem successorem, vel possessorem, nisi intelligamus Motum proprium, quod ibi solummodo interdicatur pactum restringens, vel auferens facultatem alienandi, quo quis adstringebatur ad solutionem laudemii, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, si rem censui suppositam alienaret; non tamen prohibet, pactum *de non alienando*, sine incurfu alicujus pænæ apponi: sed huic intellectui repugnant verba illius Motus proprii ibi: *Pactum auferens, vel restringens, & ibi: Semper, & liberè*. Undè poterit dici, quoad istum articulum non fuisse receptum Motum proprium: nam Extravagans Pontificis pro parte solet recipi, & pro parte non. (f) Adverte tamen, quod effectus, & dispositio illius proprii Motus suspensus est per Regem nostrum Philippum Invictissimum; ut constat ex quodam cap. de *Cortes*. Cæterum si in prædicto instrumento omnia fuerit clausula illa, *de non alienando rem hypothecā traditam*, tunc instrumentum illud executionem paratum non haberet contra singularem successorem, & tertium rei possessorem, sed tertius ille possessor *via ordinaria*, & actio hypothecaria conveniendus erit, facta executione in bonis principalis debitoris: (f) 50. & est ratio, quia obligatio personalis singula-

S2 rem

(i) In dict. limit. 9. cum quo simpliciter transe Duen. in dict. reg. 277. limit. 4.

(j) In Declar. leg. Regni exten. 1. n. 5. & in dict. 2. part. cap. 4. n. 20.

(k) In dict. limit. 9. & Duen. in reg. 277. limit. 4.

(l) Quam praxim se semper observasse, testatur Roder. Suarez in dict. exten. 1. n. 2.

(m) Secundum Bartol. in leg. *Creditores*, n. 10. Cod. de *Pign.* per text. in leg. *Si creditor*, §. fin. de *Distra. pign.*

(n) In dict. leg. *Post rem judicatum*, in Declar. leg. Regni limit. 1. n. 5.

(o) Lib. 3. Variar. cap. 7. n. 6. vers. Hinc etiam in fin. & ultra eos hanc opinionem testatur magis communiter

receptam Jass. in cons. 211. lib. 2. col. 6.

(p) In lib. *Rerum quotidian.* cap. 10. n. 10.

(q) Juxta notata ab Angel. in §. *Quodupli*, n. 46. *Inf. tit. de Aff. Jass. in leg. fin. n. 18. Cod. de Editi. D. Adre. & ad hoc allegat text. in leg. fin. §. ult. ff. *Quod met. caus.* & in leg. 1. Cod. de *Eid. instrum.* & *jur. hæs. sif. stat.* lib. 10.*

(r) Ex Jass. alleg. 8. Rocho de Curte in cap. fin. de *conjuet.* col. 3. Navarr. in Manuali Hispano, cap. 27. n. 55. & n. 149.

(f) Ut in Auth. *Hoc si debitor*, Cod. de *Pign.*

rem successorem, nec fundi possessorem sequitur: (a) facit etiam, quod jus exequendi contra singularem successorem, etiam ex sententia procedat, non transit: (x) quod tamen intellige verum esse, nisi jus executivum erat jam inesse productum, antea quam res illa transfere ad tertium possessorem, ut quia erat sententia lata, vel in actu producendi, & pendebat litigium: (y) tunc enim locus est executioni contra singularem Titium rei hypothecate possessorem, quod etiam, licet confusum, tenet Roderic. Suarez, (z) & jam ego in *praxi* obtinui. (a)

51. Decimo, quod predicta instrumenta publica, vel privata executioni mandari poterunt in contractu speciei: nam si in venditione alicujus rei celebratum fuerit instrumentum, venditor compellendus erit *via executiva*, ad rem tradendam, nec liberabitur prestando interest, cum tale instrumentum habeat vim sententia, & venditor ex sententia praxice cogatur ad rem tradendam: (b) & hæc est famosa interpretatio ad leges Regias de executione agentes, secundum Roder. Suarez. (c) Observandum etiam erit, quod quamvis instrumentum publica, & privata nudo pacto essent confecta, adhuc executioni erunt mandanda, ex his, quæ notat Rebuffus, (d) & quia de *juris Regio* nuda conventio parit actionem, & obligationem. (e)

52. Undecimo, quod juramentum dictionarium, à parte parti delatum, habet executionem paratam, ut probat text. in dict. leg. *Post rem*

judicatam, (f) & facit text. in leg. 1. ff. de *jurejur.* dum dicit, *juramentum habere majorem auctoritatem, quam rem judicatam*, facit etiam text. in leg. *Autori*, Cod. de *Reb. cred.* & *jurejur.* quatenus inquit, *juramentum dictionarium immediate transire in rem judicatam*. (g)

53. Duodecimo, quod confessio partis in judicio facta habet paratam executionem, ut probat text. in dict. leg. *Post rem judicatam*, (h) & de *Jure Regio* probatur in leg. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. & explicat Roder. Suarez, (i) & Avilès (j) resolventes, confessionem in judicio factam, ad hoc ut executionem mereatur, debere esse *certam*, & à parte acceptatam: & quando possit confessio pro parte acceptari, & pro parte repudiari: & an tunc, quando pro parte acceptatur, & pro parte repudiatur, agi debeat, vel possit *via executiva*. 54. Quintimo confessio *scilicet ob contumaciam* rei nolentis comparere in judicio, vel reculantem recognoscere scripturam privatam, executionem paratam habet, ut resolvit Covarruvias cum Rebuffo. (k)

55. Ultimo, quod transactio inter partes facta coram Judice habet executionem paratam, ut resolvit Roder. Suarez. (l) 56. Quintimo nedom transactio coram Judice facta, verum coram Tabellione de *Jure* hujus Regni executioni mandari potest, ut decusum extat in leg. 4. in fin. tit. 21. lib. 4. Recopil. Alia plura, quæ executionem paratam habent, consilere poteris, apud Rodericum Suarez, Covarruviam, Avendanium, Didac. Perez, Duenas,

(a) Ut in leg. *Et lege*, Cod. de *cond. ob caus.* & in leg. *De poman*, ff. de *Serv.* & firmat Angel. receptus ex Alex. ibi in leg. 1. §. *Si hæres*, ff. *Ad Trebel.*

(x) Ut probatur in leg. *Si mater*, §. fin. & in leg. *Judicatis*, §. fin. ff. de *Except. rei judic.* & tradit Bartol. in leg. *Creditorum*, n. 22. Cod. de *Pign.* facit etiam doctrina Bald. in leg. 2. col. 2. vers. *Secundum dices*, Cod. de *Except. rei judic.* ad stipulandum etiam ea, quæ notat idem Bald. per gloss. ibi in leg. 1. Cod. *Comm. deleg.* & in propria specie firmat Anchar. in cap. *Canonum statuta*, de *Constit.* in 6. vers. Circa istam extensionem, & plures alii, quos refert, & sequitur Duenas in reg. 277. lim. 2. & Gasp. Cabal. in 2. part. Milleloq. juris, in milleloq. 633. Roder. Suarez in dict. leg. *Post rem judicatam*, in Declar. legis Regni, limit. 1. à n. 1. & Avend. ad leg. 4. & 5. tit. *De his exceptionibus*, lib. 3. Ordin. n. 26.

(y) Juxta text. in leg. *Si superatus*, §. *Per injuriam*, ff. de *Pign. leg. Si mater*, §. 1. ff. de *Except. rei judic.* leg. 2. Cod. de *Litig.* docet Bartol. in Repetitione, leg. *Creditorum*, à n. 23. Cod. de *Pign.* qui melius cæteris loquitur, omnino videndus pro hujus articuli explanatione.

(z) Ubi supr. dict. limit. 1. n. 4. & Joan. Matienç. in leg. 1. tract. 17. gloss. 3. n. 5. & 6. lib. 5. Recop.

(a) Et quando casus occurrere, recurre ad Bartol. ubi supr. & vide Decif. Pedam. 61. & Joan. Alsín. in *Prax. Jud.* §. 71. cap. 2. ampliat, §. 8. limit. 3.

(b) Juxta text. in leg. *Qui restituit*, ff. de *Rei vend.* quem

ad hoc mirabilem dicit Bald. ibi, & hanc opinionem expressè firmat idem Bald. in leg. unic. col. pen. Cod. de *Sent. que pro eo*.

(c) In dict. Declarat. leg. Regni, extenç. 3.

(d) In Tract. de *Litteris oblig.* artic. 2. gloss. 1. n. 15.

(e) Ut in leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. tradunt Anton. Gom. in 2. Tom. Variar. cap. 9. n. 3. & plures alii, quos refert, & sequitur Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. 2. col. 1094. ubi refert Rebuff. Roderic. Suar. & alios, & de intellectu dict. leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. agit etiam Covar. lib. 1. Variar. cap. 14. n. 13. & Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 10. verb. *Execucion*, n. 20.

(f) Et ibi firmant Bart. Angel. & omnes.

(g) Et explicat Roder. Suar. in dict. leg. *Post rem judicatam*, notab. 2. & Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 10. gloss. verb. *Execucion*, n. 36.

(h) Et in leg. unic. Cod. de *Confis.* & in leg. *Proinde* §. *Notandum*, ff. *Ad leg. Aguil.*

(i) In dict. leg. *Post rem judicatam*, notab. 3.

(j) In cap. *Prætorum*, cap. 10. gloss. verb. *Execucion*, n. 10. ubi plura de confessione cumulat.

(k) Lib. 2. Variar. cap. 11. n. 4. in fin. & nos supr. diximus in 6. corol. & in isto art. idem observandum erit, quod ibi-resolvimus contra Rebuff. & Covar.

(l) In dict. leg. *Post rem judicatam*, in cas. 10. Avil. ubi supr. n. 45. & explicat Joan. Gutier. in *Repet. leg. Nemo potest*, n. 439. ff. de *Legat.* 1.

Avilès, & Caballinum in locis supr. citatis, Castellum, & DD. in leg. 64. *Tauri*, quæ hic non transcribo ob brevitatè causam: & supr. relata pro juvenum instructione sufficiant.

EX CAPITE SECUNDO.

SUMMARI A.

1 **V**IA executiva acturus, nec libellum offerre, nec litem contestari tenetur, sed per viam actus executionem petet.

2 Via executiva agere potens, si ordinaria agat, poterit resipere, relictis expensis, & executio procedere, & infra cap. 3. num. 37. de hoc agitur.

3 Qui executionem petere vult, coram Judice rei eam petat.

4 Via executiva coram uno, & diversis Judicibus simul intentari potest, nec litispendentia coram uno impedit executionem petitam coram alio.

5 Quando sententia lata ab aliquo Judice venit exequenda extra ejus territorium, Judex profertens requirat alium Judicem, quod suam sententiam exequatur, per Litteras requisitorias.

6 Unus Judex alterius Judicis sententiam exequi valet.

7 Executio peti potest coram Judice loci contractus, si reus ibi reperitur: alias ibi conveniri non poterit.

8 Reus non remittendus per Judicem domicilii ad requisitionem Judicis loci contractus, nisi se summisserit ejus jurisdictioni, renuntians proprii foro domicilii, aut in aliis casibus locus sit remissioni.

9 Quando remissioni est locus ad Judicem loci contractus, coram ipso esse petenda executio: qui reum verbaliter citare non poterit, sed per requisitionem ad Judicem domicilii directam.

10 Judex requisitus ab aliquo proprio Judice rei, ei parere tenetur, & requisitionem adimplere, alias superior adcurandus, qui eum compellat.

11 Quid agi solet, quando Judices requisiti sunt per Litteras requisitorias, quibus non obtemperant, nec eas adimplent.

12 Pragmatica quadam nova Sanctio Philippici Invicissimi hujus nominis II. Regis, observanda hodie in his Regnis, circa executionem contractuum faciendam, in quibus contractentes se submisserunt foro aliorum Judicum, renuntians foro proprio domicilii, qua expenditur hic per Auctorem.

13 Leg. 27. tit. 1. lib. 3. Recop. quomodo hodie observanda.

14 Qui habet scripturam privatam contra aliquem, qualiter ejus executionem petere valet.

15 Si reus privatam scripturam negaverit via ordinaria agendum erit.

16 Habens instrumentum conditionale, vel non liquidum, cujus executionem petere vult, adire debet Judicem, ut faciat citari eum ad liquidandam quantitatem, & purificandam conditionem.

17 Volens petere executionem adversus heredem debitoris, petat à Judice liquidari, an sit hæres, nec ne: & si adierit, petat executionem: si vero repudiaverit, sequentes in gradu citentur, quibus repudiantibus, dabitur bonis curator, contra quem executio intendatur, & in primis suam petitionem legitimet.

Creditor executionem petens, in primis debet legitimare personam suam, & sui debitoris. Instrumentum exequendum non erit ad petitionem excommunicati, banniti, minoris, filii familias, mulieris conjugate, & similibus, nisi prius persona legitimita fuerit.

18 Petens executionem producere debet instrumentum liquidum, vel illud, quod vult executioni mandari, coram Judice, & Tabellione, & per viam actus eam petet, pro quantitate debita, & non soluta, & pro expensis, cum protestatione recipiendi in rationibus quidquid solutum apparuerit: & jurabit, ut hic.

19 In petitione executionis, quare apponatur protestatio recipiendi in solutione debiti, quidquid solutum constitit.

20 Petens executionem, pro quantitate plus sibi debita, illud plus solvet cum duplo pro pena.

21 Juramentum de malitia appositum in petitione executionis, à Judice exigendum erat, sed praxi observat, quod in petitione ponatur à creditore.

22 Judex, priusquam executionem mandet fieri, plura perpendere debet hic enumerata. Judex mandatum executionis mittens, ad instantiam procuratoris alicujus, decernere non debet, priusquam de mandato sufficienti constet.

Persona petentis executionem, plene prius legitimanda est in judicio executivo, & in quocunque alio, quantumcunque summario.

23 Mandatum executionarium, qualiter decernere debet Judex.

24 Præceptum executionis manu Judicis, & Tabellionis subscriptum, nulla debitoris precedente citatione, creditoris traditur, à quo executor illud recipere debet.

Exponitur mandatum Judicis executionarium.

25 Praxi Regni Castellæ observat, mandatum executionarium absque citatione debitoris decernendum, quia postmodum citatur, ad ul-